Publication/Creation

July 1953

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/z2kxdcdc

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

Charisma fine

100

falubrius & apostemata eorum, & vlcera? quoties vidi iplam quali leiplam defatigantem, cum vno die in parafceue palchatis fuperioris triginta octo strumolos curaret? At quos qualefue viros & fœminas ? oris certe aspectu, & corporisturpiores, & foeditate fordidiores; quas tamen exteriores turpitudines & fordes eius MAIESTAS &. quioribus oculis aspicere, nec aspicere folum, fed tangere, eoque tactu manuum fuarum fanare per eam gratiam quam fibi Deus largitus eft, non eft dedignata: quos tamen aliquæ fortaffis faftidiofæ mulieres, ac viri ex delicatulis illis, ac molliculis, fibi fupplices pro ope vel ftipe medicantes, plane & oculis aspernarentur, & auribus respuerent, totifque supercilijs renuerent aliquando, at hos fordibus oppletos, squallentes, morbidos, & lachrimabiles ELIZABETHA princeps co fplendore,& magnificentia regia qua eft, nullatenus reformidat, respuit, aspernatur, fed habet in summis delicijs non modo præbere alimoniam Christi egenis & pauperibus huius mundi; verum etiam medelam & falutem præftare fingulis expolcentibus. Quid est quod in hac infinita laude anteponam? Virtutem an fœlicitatem, altitudinem fortunæ, an humilitatem Chriftianam, religionem, pietatem, fidem, ac charitatem, milerecordiam, clementiam, mansuetudinem inauditam? Credat hoc quisquam ex posteritate fera, olim

donum Sanationis. 101

olim in remotifimis orbis ter ratum partibus nunc viuens, effe prima riam foeminam, regiam virginem, infulæ maxim æ ac beatiffimæ Impera. tricem, Oceani reginam, opibus florentiffimam, abundantiffimam rebus geftis, circumfluentem delicijs modo placeret, affluente diuitijs, (quanquam ipfa omnium regum quot funt, quotque fuerunt, temperatifima effe credatur, & in fummo dignitatis fastigio moderatisfima,) adeo tamen curam ac follicitudinem agere corum, qui eius ope ac suppetijs indigerent, adeo laboriofam & exercitam effe in hoc genere curationum, vt impendio magis anxia fit, indiesque magis, magilque studiosa sit talium salutem procurare, vel impetrare precibus à Deo, & præstare reipía fœlicitate & admirabilitate tanta, & tam fæpè, & tanta cum folennitate ? credat, certè necesse est, qui hæc oculata fide viderit plus millies vel auditione acceperit à teftibus fide dignioribus, et omni exceptione maioribus (quorum numerus magnus eft) vel legiffe fe meminerit antiquis fimilia diuinarum figna virtutum, etiam nostris temporibus (vt loquar cum Auguftino) frequentari in ecclefia: non enim in angulo fiunt iftæ curationes admirandæ, fed in celebritate hominum, in luce & oculis ciuium, omniaque benefacta in luce fe collocari defiderant, intra parietes curiæ, in iplo palatio, & in loco precibus dedicato, tempore orationis peraguntur, obstupescentibus nobis, ac vna cum eius Maie-03 flate